



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. XXX. D. Leoni Pontifici maximo manus, quam sibi ipse ultrò
inciderat, restituitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

trufit; eumq. in eundem statuit locū, ubi sacra fiebant. Sanctus uir in re diuina facienda, ad illa uerba peruenit, PAX Domini, cum sibi oblatum iuuenem uidet; à quo laetè respōsum est, cum illorum uerborum enunciatione, ET cum spiritu tuo. Myftici deinde panis coelefti cibo ab illo refectus, uti à Virgine fuerat liberatus, ordine enarrauit, ac, quāta in fornacib. illis effet perditorum multitudo, & quā graua supplicia fufferent. Itaq. animo exultans, atq. expendens, ex quanta aerumna extractus, & in quā tranquillā re effet; non poterat non apertè, ac mirificè eā laudare, quae se ab infernis tenebris mortuum in lucem reducem fecerat.

MIRAC. VIRG. XXX.

D. Leoni Pontifici maximo manus, quam sibi ipse ultrò incididerat, restituitur.

PVri, & liberalis ingenij clericus adolescens, calescebat tam ardētī libidinis igne, atq. ita incensus erat; ut cū ea minimè restingui posset, eam ob rem ualde affligeretur. Miser in id redactus loci, ut, prorsus quid ageret, nesciret; ad eam confugit; quae nos è scopulis ad tranquillū inferre assueuit, & ipsa remedium petijt, ut teter ille animi morbus depelleretur. Ea non solum pij adolescentis precib. morem gessit; sed etiam futurum praedixit, ut in altissimum dignitatis locum in ecclesia Romana, & catholica amplissimè prouheretur. Neq. uerò ipsum iniecta spes frustrata est; non modò. n. caecus ille ardor.

dor extinctus est; sed etiã post aliquot annos summus Pontifex creatus, & appellatus est Leo. Fortè re diuina facta in D. Mariae maioris, dum mystico pane ordinatim Romanum populum aleret; eius manum mulier, cuius forma luculenta erat, exosculata est. Quapropter statim in ea commotus, se desiderio rapi passus est. ad coelum efferens oculos, gloriae reginã aspexit, quae praeteriens, quasi indignata oculos auertebat. Eam ubi iratam sensit, intimo, ac penito dolore, impuri consensus grauem culpam grauissimè eluxit. Altiùs autem iterum suspiciens Virginem, quae paululum irae remiserat, & iterum oculos in se conuertebat, uidit. eodem die noxiam suam diligentius animo uolens, sui ipsius acerrimus ultor, manum, quae mali illius causa fuerat, dissecuit: ut pro peccato illo illud esset supplicij. Iam palam R. populus Pontificè calumniabatur; quòd sacra Deo facere destitisset. Quocirca dolore diuulsus ad Virginem confugit, ut ei rei consuleret. ad eius. n. prouidentiam quicquid illud erat, statuerat conferte. Itaq. ipsa, quae certa lux est, & spes mortalium, manum illam, qua se priuarat pius Pontifex, sanctissimis manib. tenens, repentè adfuit. Ea omnino uti nolens, alteram coelo demissam, eius brachio mirificè coniunxit. Eundem deniq. horata est, ut in re diuina dulcissimo suo filio facienda frequens esset, ac sedulus. ipse ob tantum beneficium gratum animum retinens, eiusq. memoriam seruans, apud Romanos palam miraculum praedicans, diuinitus restitutam manum publicè omnib. ostendit.